

FRANCISCI RVEI

specierum ac individuorum diuersi-
tatem fieri voluit: in qua voluntate v-
nica simplicissima atq; singula simul fe-
cit, quæ ab eorum ortus principio per
tempus dispensare non desistit. Quã-
uis & hîc accedere possit germanior
forsan intellectus, cui philosophi cõ-
plures & non obscuri, ipsa quoq; ra-
tio subscribunt: scilicet quòd Deus
omnia simul creauit, dum omnium
formarum ac rerum futurarum rudi-
mentum, principium ac seminarium
quoddam materiæ primæ, ante gene-
rum, specierum atq; individuorũ di-
scretionem, infudit. Illa siquidem ma-
teries, diuisionis adhuc & productio-
nis expers, moles erat quædam infor-
mis, omnium tamen formarum semi-
nio ab ipso creatore perfusa: vnde tã-
dem, quando, & ijs medijs quibus su-
premus opifex ab æterno præscit &
vult, perfecta rerum productio & fœ-
tura extimularetur. Ideoq; & hi ad-
mittunt omnia quidẽ simul esse crea-
ta,

† tandẽ ali
quando